

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

Historiae Ecclesiasticae Pars Secvnda, Qva Continentvr Socratis Scolastici  
Constantinopolitani lib. 7. Theodoriti Cyrensis episcopi lib. 5

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Quòd post victoriam, cu[m] Imperator aegrotare coepiſet, filium Honorium  
Mediolanum accersiuit, et cum paululum à morbo conualuisse  
existimaretur, equestre certamen instituit, eademq[ue] die è vita ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12704**

*Quod post victoriam, cū Imperator ægrotare cœ-  
pisset, filium Honorium Mediolanum accer-  
uit, et cum parvulum à morbo conualuisse ex-  
istimaretur, equestre certamen instituit, ea-  
demq; die è vita migravit.*

C A P. X X V.

**T**Heodosius Imperator ex labore in eo prelio suscepto, corpore male se habere cœpit. Quem cū ex morbo, qui tum illum occupauerat, finem vitæ sibi impendere expectaret, maior cura Reip. quam mortis afflictauit, idque cum secum consideraret, quanta mala, Imperatore extinto, homines exagitare soleant. Quocirca filium suum Honoriūm quam primum Constantinopoli accerfit, eo consilio, vti per illum partibus ad occidentem spectantibus pacem & tranquillitatem stabiliret. Illo igitur Mediolanum aduentante, pater morbo recreatus est, equestriaque certamina ob victoriam partam à tyranno instituit. Atque ante prandium ita morbo releuatus fuit, vt equestria certamina spectare posset: post prandium de repente cœpit adeò grauiter ægrotare, vt ad spectacula accedere nequiret. Filio igitur mandatum dedit, vti certamina illa perficienda curaret: nō teque sequenti ipse abiit è vita, Olybrio & Probino Coss. decimo sexto Calend. Februarij: anno primo ducentesimæ nonagesimæ quartæ Olympiadis. Vixit hic Imperator Theodosius annos sexaginta: regnauit annos sedecim.

Totidem liber iste complectitur, & mens octo.

*Finis quinti libri.*

X S O C R A